



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldu>

Lvgdvni, 1585

De vera amicitia, & quæ sunt attendendæ in eligendo aliquem in amicum,
& de pertinentibus ad veram amicitiam. Cap. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

mini qui separat se à cōtentionibus. ¶ Octauū est, q̄ ille qui tibi iniuriatur, magis iniuriatur Deo, quā tibi, qui hoc ei prohibuit, qui maius ius habet in te, quā tu ipse. Si ergo Deus differt vindicare iniuriā, & nō est ei dedecus, nō erit tibi dedecus, imō honor, si exēplo Domini vis nō vindicare te in præsenti. Eccl. 23. Gloria magna est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo.

De vera amicitia, & quæ sunt attendenda in eligendo aliquem in amicum, & de pertinentibus ad veram amicitiam. CAP. XV.

¶ Sequitur de vera amicitia. Amicitiam sic describit Tullius in Rhetoric. Amicitia est erga aliquem voluntas bonarū rerū illius ipsius causa quem diligit, cum pari eius voluntate. Idē in libro de Amicitia: Amicitia nihil aliud est, nisi omnium diuinarū humanarūque rerū cum benevolentia & charitate consensus. Hæc amicitia multum appetenda est. Eccl. 25. Beatus qui inuenit amicum verum. Tullius in libro de Amicitia: Omnibus rebus humanis anteponēda est amicitia. Nihil enim tam naturæ aptū, tamq̄ conueniens ad res secundas vel aduersas. Idem in eodem: In hoc præstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate beneuolētia tolli potest, ex amicitia non potest. Sublata enim beneuolētia, nomē amicitie tollitur, propinquitatis manet. Prouer. 18. Vir amicitabilis ad societatem magis amicus erit, quā frater. Itē Tullius: Quid dulcius erit, quā quod habeas cum quo audeas loqui vt tecum? Quis enim esset tātus fructus in prosperis rebus, nisi haberes qui illis æquē vt tu ipse gaudeat? Aduersa verē difficile esset ferre sine eo, qui etiam illas grauis quā tu ferret. Ab illis inter quos est vera amicitia, perfectē impletur illud mādatum, Diliges proximum tuū sicut te ipsum. Verus enim amicus habet amicum suum tanquam alterum se. Tullius: Verum amicum qui intuetur: tāquam exēplar aliquod intuetur sui: quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, & quod dictū difficiliter est, mortui viuūt. Amicitia in periculis subuenit. Prouer. 25. Gratia & amicitia liberat. ¶ Et notandū q̄ in eligēdo aliquē in amicum, quatuor sunt attendenda. Primum est, discretio eius. Amicitia enim stultorum solē esse nociua. Prou. 14. Amicus stultorum similis efficietur. Secundum est, bonitas. Tullius in libro de Amicitia: hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Tertium, vt ille non sit iracūdo. Prou. 22. Noli esse amicus homini iracūdo. Homo iracundus est velut lignum ignitū quod exurit tāgentē se, & est velut lignum spinosum, quod pungit amplectentem se.

sc.

se. Ideo licet sit amādu, tamē familiaritas eius timēda est. Pro-
 rerea amicitia eius non durat. Vinculum enim amoris igne
 in eo exurit. Quartum est, ne sit superbus. Superbus enim
 scit esse socius, sed vult dominari. Prou. 11. Vbi fuerit superbus
 ibi erit contumelia. ¶ Itē notandū quōd multa sunt quę ad ve-
 ram amicitiam pertinēt; de quibus causa breuitatis tantum
 rangemus. ¶ Primū est, voluntatum idēitas. Tullius: Idē vel
 idem nolle, ea demum vera est amicitia. ¶ Secundum est com-
 municatio consiliorum. Pro. 25. Causam tuam tracta cū amico
 tuo. Ambr. Nihil occultat amicus si verus est, effundit animū
 amicum suum. Tullius in lib. de Amicitia: His amicitia fun-
 vtendum arbitror: vt quā emendati fuerint mores amicitia
 inter eos omniū rerum, cōsiliōrum, voluntatum sine vlla ex-
 ptione communitas. ¶ Tertiū cōmunicatio rerū. Vnde Philo-
 phus, quum diceretur ei de quodam, Ille amicus illius est. Cui
 inquit, illo diuite pauper est: Amicus non est qui fortune pa-
 ceptus non est. Tamen amicus dādo amico suo, attēdere debet
 propriam facultatem, & vires amici sui. Nō enim debet onerare
 re amicum honore vel onere, quod supra vires eius sit. Tullius
 in libro de Amicitia: Tantum cuique tribuendum est prima-
 quantum ipse efficere possit, deinde quantum ille quem diligis
 & adiuuas possit sustinere. Item notādum quōd sicut dicit Tu-
 lius: Nimis exile est & exiguū ad calculos vocare amicos, vt
 sit ratio datorum & acceptorum. Neque enim verendū est
 quid excidat, ne quid in terrā destuat, aut ne plus a quo in
 citiam conferatur. ¶ Quartū est, secreta admonitio Ecclesia-
 Corripe amicū tuum. Sape enim fit commissio. Cauendū
 est ne correptio sit contumeliosa. Eccles. 19. Est correptio men-
 dax in ira contumeliosa. Verē mendax est. Mentitur enim
 correptionem facere, quum potius sit conuitiatio. Tullius
 nere & moneri est officium verę amicitia: ita tamen quōd ad-
 latione careat admonitio, & cōtumelia obiurgatio. ¶ Quintū
 est manifesta laudatio; nō tamē in facie amici, vel corā dom-
 sticis ipsius. Hoc enim est adulatoris. Vnde Matth. 23. Domine
 laudauit Ioannē postquam discipuli Ioannis ab eo recesserunt.
 Chryosto. Blādiores in facie laudant, vel corā domesticis
 autem sapiens quando laudatur in facie, flagellatur in con-
 ¶ Sextū est, nec turpia rogare, nec ad preces amici turpia fa-
 re, iuxta verbum Tullij prius positū, non debet ad preces am-
 iniuriā facere proximo. Eccles. 6. Noli fieri pro amico inimico
 proximo. Tamen aliquid potest honestē fieri pro amico quum
 homo
 Multa quę
 cim: quum
 honestiss
 Amicitia
 Hiero. tu
 vbi inaz
 non tam
 cum suū,
 Prou. 17. C
 negligit d
 cum amic
 ¶ Nonum
 ra, amici
 ¶ Decimu
 querit am
 ne acquies
 re. & cras
 vilia ei m
 decipit am
 form ei d
 rum amico
 sticis: Die i
 audisse. Id
 illum, nisi
 sum mihi,
 que amici
 dia, myster
 volatilia, d
 suo, dissol
 non desper
 si perueri
 concordati
 petio, & sup
 omibus ef
 cum, quod
 si leprosu
 tamen obi
 dia vocat
 tū, ne prof
 quam deho

homo non faceret honestè pro se. Tullius in libro de Amicitia:
 Multa quæ nostri causa nunquam faceremus, causa amicorū fa-
 cinus: quæ in nostris rebus nō satis honestè, in amicorū sunt
 honestissimè. ¶ Septimū est, paritatē seruare. Tullius in libro de
 Amicitia: Maximū est in amicitia superiorē parē esse inferiori,
 Hiero. super 12. prophetas: Amicitia pares aut accipit, aut facit:
 ubi inæqualitas est, & alterius eminentia, alterius subiectio: ibi
 non tam amicitia est, quàm adulatio. Prou. 13. Qui despicit ami-
 cum suū, peccat. ¶ Octauū est, amicum in aduersis non deserere.
 Prou. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Eiusdem 12. Qui
 negligit damnū propter amicū, iustus est. Eccle. 22. Fidē posside
 cum amico tuo in paupertate illius, vt in bonis illius lateris.
 ¶ Nonum est, arcanū non detegere. Eccle. 27. Qui denudat arca-
 na, amici fidē prodit, & non inueniet amicū ad animum suum.
 ¶ Decimum est, peccatum celare. Prou. 17. Qui celat delictum,
 querit amicitias. ¶ Undecimū est, petitioni amici sine dilatio-
 ne acquiescere. Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuerte-
 re, & eras dabo tibi, quum statim possis dare. ¶ Duodecimū est,
 verba ei magis quàm placentiā dicere. Prouer. 11. Simulator ore
 decipit amicū suum. Et eiusdē 16. Vir iniquus lactat amicū suū.
 Item eiusdē 29. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur
 amico suo, rete expandit gressibus eius. Sene. in lib. de bene-
 ficis: Dic illis non quod volunt audire, sed quod velint semper
 audire. Idem in epistolis: Amici vitia frangenda sunt: non amo-
 rum, nisi offendo: an profecturus sim, nescio: malo succes-
 sum mihi, quàm fidem deesse. Item notandū quod quinq; sunt
 quæ amicitia solent dissoluere. Conuitium, impropriū, super-
 bia, mysterij reuelatio, plaga dolosa. Eccl. 22. Mittens lapidē in
 vitia, deiciet illa, id est, disperget, & qui conuitiatur amico
 suo, dissoluit amicitiam. Ad amicum etsi produxeris gladiū,
 non desperes: est enim regressus, id est, reconciliatio ad amicū.
 Si aperuerit os triste, durè tecū loquendo, non timeas, est enim
 concordatio pristinae suæ amicitia: excepto conuitio, & improp-
 rio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. In his
 omnibus effugiet amicus. Conuitium dicitur aliquod: verecun-
 dum, quod tamen nō est peccatū: vt cum obicitur amico, quod
 est leprosus, vel seruus, vel aliquid simile. Improperium est, cum
 tamen obicitur: vt quum dicitur alicui quod sit latro. Super-
 bia vocatur superflua dominatio. Prou. 25. Quæ viderūt oculi
 tuos, proferas in iurgio citò: ne postea emendare non possis,
 quum de honestaueris amicum tuum. Eiusdem 26. Sicut noxius

est, qui mittit lanceas & sagittas in mortē: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & quum deprehensus fuerit, dicit, Ludei feci. Pythagoras, Amicum laedere nec ioco quidem oportet.

De ordine Charitatis.

CAP. XVI.

Quadruplex est ordo charitatis. ¶ Primus est, secundū prioritatem & posterioritatem, qui attenditur inter amorē Dei & amorem proximi. Amor enim Dei prior est, quā amor proximi. Vnde Exod. 20. Primò ponuntur mandata pertinentia ad amorem Dei, deinde quæ pertinet ad amorem proximi. Amor Dei causa est amoris proximi. Proximus enim amat, quia Deus hoc præcipit. Præterea Deus finis est dilectionis proximi. Finis verò mouet causam, efficientem. ¶ Secundus ordo attenditur hoc quod ametur quæ amanda sunt, & non amentur, quæ amanda non sunt. Aug. in li. de doctrina Christiana: Ille sancte & iuste uiuit, qui ordinatā habet dilectionem, ne aut diligat quod non diligendū, aut non diligat quod est diligendum. Omnis peccator in quantum est peccator non est diligendus: omnis homo in quantum est homo, est diligendus. ¶ Tertius ordo iuxta uerbum dicitur in eodem lib. in hoc attenditur, quod non æquè diligatur quod minus, uel amplius diligendū est: aut minus uel amplius, quod æquè diligendū est. ¶ Et notandum quod aliquis dicitur magis diligere tripliciter. Primo modo, quia ad maius diligitur, scilicet ad maiorem gloriā. Sic uniuersaliter magis diligendus est, qui magis bonus est. Secundò, qui diligitur maiori affectu. Tertio modo dicitur inter illa quatuor quæ enumerat Aug. in lib. de doctrina Christiana, dicens: Quatuor diligenda sunt. Vnū quod supra nos est, scilicet Deus, alterū quod nos sumus. Tertium est, quod infra nos est, scilicet proximus. Quartū quod infra nos est, scilicet proximus. Quum nos & proximum enumerat Aug. inter diligenda & proximum uideretur intelligere excellentiorem partem nostri proximi animā, scilicet propter hoc quod corpus ponit post quarto loco. Gregor. 1. parte Moral. Cum recte diligimus, in rebus conditis anima nostra charius amamus. Idem in Moralibus: Magnæ mercedis est à morte eripere carnem quæ que morituram. Quāti ergo meriti est animā à morte liberare in cælesti patria semper victurā? Item iste ordo attenditur in ea quæ enumerat Ambro. super illud Cantic. 1. Ordinauit in charitate: Multorum, inquit, charitas inordinata est: quod in primo est, ponunt tertium, uel quartum. Primò Deus diligendus est secūdo parentes, inde filij, post domestici: qui si boni sunt, magis